



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Decano Et Capitvlo Abrincen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

# 342      Epistolarum Innocentij III.

\* Ecclesiarum

rectis dispositionibus afferatur, per apostolica vobis scripta mandamus quatenus jam dictum Priorem in corporalem predictarum\* possessionem, quæ sibi adjudicatae sunt per sententiam Cardinalis, & rerum ad eas spectantium appellatione remota mittere procuretis; contradictores, si qui apparuerint, censura ecclesiastica coercentes. Quod si ambo &c. alter &c. Datum Laterani XII. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

**D O N A T O   A L A D E N .**  
*Episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.*

*Epiſt. 17.  
De privilegiorum confirmatione.*

**I**N eminenti apostolicae sedis specula, licet immeriti, disponente Domino constituti &c. usque ad verbum vocabulis. Locum ipsum in quo prefata Aladen. Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Insulam Gedig. Corbali, Cellaroch, Senhcui, cum insula Dori, Glenngallrigi, Glenech, Cellardub. Achad, Gunnig, Drognechan, Carnamalgaid, Raith, Cœman, Cassel, Bernach cum suis pertinentiis: Dumaais, Imbertrach, Cillialid, Munirvadoig, Rathneogid, & Raithcerna. quæ omnia ad mensam episcopalem pertinent. Drumart, Scrinadanmani, cum pertinentiis suis. Cellbroccada, Cellcorechach, Lassariani cum Vsvavio cum pertinentiis suis. Cellmagfalgam, Ceslglassi, Cellanli, & Cellnagarvan, cum pertinentiis suis. Roseric. cum pertinentiis suis. Ardomain cum pertinentiis suis. Arrdachad Vsvanig cum pertinentiis suis. Innislaig, Dorimenniainni cum suis pert. Olenaclassi, Orvidlachacon cum pertinentiis suis. & Dargavillachon cum pertinentiis suis. Maggannach, cum pertinentiis suis. Drumnanagel cum suis pert. Cellerannan, cum pertinentiis suis. Celldariuled, cum suis pert. Crosrechig, cum suis pert. Innisgluaribrandam cum pertinentiis suis. Cathir cum pert. Cellchoman cum pertinentiis suis. Dunfini cum pertinentiis suis. Cellbrigdi, cum pertinentiis suis. Lecu cum suis pertinentiis. Olechtrialacha cum pertinentiis suis. Balischriniutrialacha, Baliscrini, Magneglan, Cellecumin cum pertinentiis suis. Cellgoban cum pertinentiis suis. Cellalad cum pertinentiis suis. Cellcornich cum pertinentiis suis. Cellro cum pertinentiis suis. Crospatrali cum perti-

nentiis suis. & Domnachinor. Prohibemus insuper ne interdictos &c. Libertates præterea &c. Decernimus ergo &c. Salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate, & Tuamen. Archiepiscopi debita reverentia. Si qua igitur &c. Datum Laterani, per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, III. Kalend. Aprilis, indictione secunda, incarnationis dominicæ anno M CXCVIII. pont. verò Domini Innocentij Papæ III. anno secundo.

**D E C A N O   E T   C A P I T V L O**  
*Abrincen.*

**I**ntra corporalia & spiritualia &c. ut supra in lib. primo epist. DXXXII. in literis Decano & Capitulo Andegaven, directis, ferè in eundem modum, usque ad verbum. Et quamvis factum istud ratione causarum & etiam personarum tam celebre fuerit & solenne, ut cùm in partibus illis ab omnibus ferè sciretur, à vobis non potuerit vel debuerit ignorari, præsertim cùm per assertionem dilecti filij magistri N. de Aquila, in Ecclesia vestra scholarum magisterium obtinentis, certificati fueritis de præmissis, & per confessionem nuntiorum vestrorum in auditorio nostro factam nobis constiterit quod suspensio præfati electi octo diebus electionem præcesserit memoratam; vos tamen nihilominus ad Ecclesiam tunc temporis non vacantem W. Tollem. post appellationem etiam ab eodem magistro ad sedem apost. interpositam eligere præsumpsistis, contra quem multa fuerunt in auditorio nostro proposita qua ad reprobandum ipsius electionem citra præmissa impedimenta sufficere videbantur. vel quod primo electo nondum rite translato, se in locum ipsius tanquam viventis intrudid non debuit consentire. quod cùm non fecerit, secundum canones ab ecclesiastica debuit communione depelli; cùm & contra eum esset specialiter appellatum, qui propter ignorantiam literarum, & quia de gremio non erat Ecclesia, nisi ejus Clericis antea reprobatis non poterat postulari; præsertim cùm inter vos plerique idonei haberentur. In subscriptionibus etiam literarum vestrum quædam repugnantia videbatur, aliis afferentibus singulos subscriptissime, aliis quod præfatus magister scholarum causas frivolas assignando pro sua receſ-

*Epiſt. 18.  
Vi propter cō-  
militum in elec-  
tione priori  
vitium, nunc  
recte alium eli-  
gan Episcopū.  
Vide supra lib. 3.  
epiſt. 17. 447.*

serit voluntate. Et cum viginti sint Ecclesiae vestrae Canonici, absente parte tertia, & nihil de ipsa electione sciente, xix. Canonicorum subscriptiones ibidem inventae fuerunt. Vnus etiam de praesentibus, nepos scilicet venerabilis fratris nostri Andegaven. Episcopi, minor X IV. annis, nec locum in Capitulo nec stallum habebat in choro. Alius etiam se tunc fuisse absentem, & quod contradixerit facto vestro, & appellaverit ante factam electionem, in auditorio nostro est publicè protestatus. unde crimen falsi committentes poterant formidare. Cumque hujusmodi & similia objicerentur praefato W. tanquam reus delatos ante sententiam honores non poterat postulare, cum & secundum Canones valde grave sit & indecens ut vir, de quo talia referuntur, cum antea dicuti & disquiri debeat, honoretur. Ad haec accedit, quod idem W. astriclus curiae nexibus perhibetur, & cum filios habeat undecunque, fraudulenter proponitur in Diaconum ordinatus. His igitur & similibus contra factum vestrum in nostro & fratum nostrorum auditorio allegatis, cum nobis de veritate negotij constitisset, attentes quod non statim qui accusatur reus est, sed qui convincitur criminosis, quamvis multa contra præfatum W. fuissent proposita, quia tamen nulla probata fuerunt, communicato fratum consilio non ob impedimentum personæ, sed propter electionis vitium, quod à vobis factum fuerat circa præmissam electionem duximus irritandum, universitati vestrae per apostolica scripta mandantes quatenus convenientes in unum, & Spiritus sancti gratia, sicut moris est, invocata, in patrem & Episcopum animalium vestrarum tales personam canonice ac concorditer eligatis, quæ tam præesse noverit quam prodebet; per cuius circumspectionem providam & prudenteriam circumspectam Abrincen. Ecclesia, præveniente divina gratia & sequente, in spiritualibus & temporalibus valeat salubriter gubernari. Datum Laterani XVI. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.



*ABBATI SANCTÆ MARIAE  
de Casanova, ejusque fratribus tam  
praesentibus quam futuris regularem vi-  
tam professis in perpetuum.*

*Epiſt. 19.  
De confor-  
matione privile-  
giorum.*

**R**eligiosam vitam eligentibus &c. usque ad verbum ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciens. fratrum in eodem monasterio &c. usque ad verbum vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono nobilis viri Berardi Comitis Laureti, terras cultas & incultas, vineas, & sylvas, quæ his finibus concluduntur, videlicet à pede fluminis qui dicitur Scaone usque ad rivum Camardellæ, & ascendunt per ipsum rivum Camardellæ usque ad viam publicam quæ vadit super sanctum Stephanum, & transit per ipsam viam, & revertitur in prædicto flumine Scaonis. Culturam Comitis Laureti, qua jacet in valle S. Stephani super viam & subter viam cum pertinentiis suis. Vineam de Castro Celeri cum pertinentiis suis, & locum qui dicitur campus facer cum suis pertinentiis. Sanè laborum &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper &c. Illud districtius inhibentes, ne terras &c. Ad haec etiam prohibemus, ne aliquis monachus &c. Licitum præterea sit vobis in causis propriis &c. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus in cuius parochia &c. Illud attendentes &c. Pro consecrationibus verò &c. Quod si sedes &c. Quia verò interdum &c. Porro si Episcopi &c. Paci quoque &c. Præterea omnes libertates &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, XVI. Kalend. Aprilis, inductione secunda, incarnationis dominicae anno M CXCVIII. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno II.

*LVDOLFO MAGDEBURGENSI  
Archiepiscopo.*

**S**vperna providentia, quæ populum humanum per diversa rectorum officia statuit in restitutione gubernandum, pontificalem ad hoc tibi contulit dignitatem, ut per congruam executionem

*Epiſt. 20.  
Ipſi dat facul-  
tatem beneficia  
ecclæstifica  
conferendi, &  
Prælatos ad ob-  
sequiū cogendi.*